

bet, nisi prius publicam disputationem ex utroque Jure desumptam  
 et per Clarissimum Dominum pro tunc Facultatis Juridicæ De-  
 canum approbatam expediverit, aut hac de speciali favore et  
 consensu Clarissimorum Dominorum Collegarum ad certum  
 tempus ex aliqua causa rationabili dilata se per Principiatum  
 ad possessionem Cathedræ admitti petierit. Qui enim honorem  
 Cathedræ assequi desiderat, nece est, ut vires suas, cum hoc,  
 quod subiturus est onere metiatur. can. Non est putanda. l. q. i.

## STATUTUM XIV.

De tempore invitationis C. D. Doctorum et Professorum pro  
 actu responsionis et requisitis ad invitationem.

Quandoquidem laborantibus proficui debeant esse labores,  
 ad quos alacrius suscipiendos quoniam spes præmissi invita-  
 re soleat ellenoch. Cons. 890. n. 43. et lib. 7. de Præsumption.  
Præsumpt. fin. n. 1. ideo C. D. Doctores et Professores  
 per Responsurum pro Collegio Professore triduo ante  
 responsionem pro disputatione invitentur et unicuique Sord-  
 itio Typi expressa officiosè ad manus in propria ejus  
 residentia reddatur, ac inhærendo antiquæ consuetudini  
 unicuique Clarissimo Doctori in vim laboris, quem in disputan-  
 do subiturus est, aureus Hungaricus unus, Professore vero  
 Imperialis unus idque circa invitationem pro disputatione, jam  
 autem Clarissimo Facultatis Juridicæ Decano circa appro-  
 bationem Sorditionis duo Aurei Hungaricales sub non ad-  
 missionem ad Responsionem reponantur. Equum enim est  
 laborem cujusque digna remuneratione compensari. l. Cum se-  
 cundum. de Præben. et l. fin. §. Similiter. C. de Alluvionib.  
 Stat.